Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ligetur. Relique ad thimotheum. Pri
ma quemadmodum se agat. Ad ti
tum ut credant sibi. etcliam uero or
dinet. Ad philemonem de onesimo
servo qui remundatus melior factus

Romani Prologus Cesti
sunt in partibus ytalie. hi
preventi sunt a falsis apostolis.
sub nomine domini ihesu cristi in le
gem et prophetas erant inducti. hos
revocat apostolus ad veram et ewangeli
cam fidem. scribens eis a corintho.

Incipit Epistola Pauli ad Roma
nos.

Paulus servus ie
hesu cristi voca
tus apostolus. segre
gatus in ewan
gelium dei. quod
ante promiserat
per prophetas
suos in scripturis sanctis de fi
lio suo qui factus est ei ex sem
ine david secundum carnem
Qui predestinatus est filius dei
in virtute secundum spiritum
sanctificationis ex resurrecti
one mortuorum ihesu xpi do
mini nostri per quem accepimus
graciam et apostolatum ad obedi
endum fidei in omnibus gen
tibus pro nomine eius. in quibus
estis et vos vocati ihesu cristi
omnibus qui sunt rome di
lectis dei. vocatis sanctis. Gra
tia vobis et pax a deo patre nostro
et domino ihesu cristo. Primum
quidem gracias ago deo meo
per ihesum cristum pro omnibus vobis
quia fides vestra annunciatur in uni
verso mundo. Testis enim michi est
deus cui servio in spiritu meo in e
wangelio filii eius. quod sine in
termissione memoriam vestri facio
semper in orationibus meis. obsecrans
si quomodo tandem aliquando prospe
rum iter habeam in voluntate dei ve
niendi ad vos. Desidero enim vide
re vos. ut aliquid impertiar vobis
gratie spiritualis ad confirmandos
vos id est simul consolari in vobis
per eam que invicem est fidem vestram
atque meam. Nolo autem vos ignorare
fratres. quia sepe proposui venire
ad vos. sed prohibitus sum usque
adhuc. ut aliquem fructum habe
am in vobis. sicut et in ceteris gen
tibus. grecis ac barbaris. sapien
tibus et insipientibus debitor sum.
ita quod in me promptum est et vo
bis qui rome estis ewangelizare.
Non enim erubesco ewangelium. Virtus
enim dei est in salutem omni credenti
Iudeo primum et greco. Iusticia enim
dei revelatur in eo. ex fide in fidem
sicut scriptum est. Iustus autem ex
fide vivit. Revelatur enim ira dei
de celo super omnem impietatem
et iniusticiam eorum hominum qui
veritatem dei in iniusticia detinent
quia quod notum est dei. manifes
tum est illis. Deus enim illis mani
festavit. Invisibilia enim ipsius a cre
atura mundi. per ea que facta sunt
intellecta conspiciuntur. Sempiter
na quoque virtus eius et divinitas